



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVIII. Die Avgvsti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XVIII. DIE AVGVSTI.

P. CONSALVVS LADISLAVS
ESQVIVEL. CZAPLINSKI. SCHOL.

18. August.
Hispanus
Hispani 1575
ætat. 41.
Soc. 11.

AD Societatem vnâ cum famulo scientiâ egregiè iam tum clarus venit, & in sui æstimatione proculcandam atque in ea quæ Dei sunt acriter incubuit, vt moram compensaret. In tyrocinio eius famulus culinæ ministeriis destinatus est coquus, & Consalvus illi seruire iussus cum propter obstrepentes foris gallinas mentem cælo affixam ita vt oprabat tenere inter labores non posset; neque illæ vllis artibus compesci possent; Rectoris iussu illas modestè aperto capite adit, & apposito ad os, digito, Dei amore rogauit vt cõticescerent, conticere stupente Consaluo, & sociis, qui simplicis huius obedientiæ ac mirabilis euentus testes adfuere.

P. PHILIPPVS
PANTALEON.

18 August.
1607.

Hic Patri Petro Antonio Spinello Prouinciali de B. Virgineloquẽti dixit: Illa me puerum olim dignata est ad se accipere, & mihi blanditã dicere: *Tu es exceptio Dei, & filius Crucifixi*; cui ipsa me ostendit, & ille quoque blanditus est.

VNicus nobilis viri filius cum esset, spesque familiæ; tamen patre annuente imò & comite, nec sine lachrymis filium Societati transferente, Societatem amplexus est. SS. Christi corpus religione præcipuâ prosequatur; & inde in suum corpus durior esse didicit catenulis ferreis, & geminâ intra vnum diem non raro verberatione illud affligens. Mathematicam disciplinam tradituro morbus obrepit. Paulò ante morbum per octo dies animum sacris S.P. Ignatiij commentationibus exercuerat, vbertim ad lachrymas & sanctimonia studium nouum effusus. Egri occupationes erant illæ pietatis exercitationes, quas ipse in libello ad id destinato digesserat. Auditus est sæpè ingeminare verba illa: *O si me omnesque animi & corporis mei vires distillarè possẽm vel in vnã guttulam gustus & beneplaciti maiestatis diuine.* Sæpè se B. Virgini, S.P. Ignatio, & B. Stanislao commendabat. Alphabeti quoque literas recitabat, & ad singulas psalmum vel è psalmo versum aliquem pronuntiabat. Moriens labia mouere visus est ad pronunciandum SS. IESV nomen, cui plusquam vices impensè repetendo vltimum linguæ officium in ipso, dum loqui desineret vitæ sine impendit.

Polonus
Califfij 18.
Aug. 1639.
ætate 23.
Soc. 8.

Mortific.

Exercit.

Mors.

Amor Dei.

XIX. DIE